

helemosinarum scilicet et orationum, vigiliarum, ieiuniorum cunctorumque ceterorum bonorum. Constituo etiam, ut, quicumque filiorum meorum vel nepotum vel quorumcumque successorum meorum eam, quam nunc possideo, marchiam possederit, post obitum meum predictum censum eidem ecclesie sepulchri domini Hierusalem et canonicis ibidem deo servientibus fideliter reddat. Si quis autem ex heredibus meis vel successoribus eam 5 marchiam, quam ego nunc possideo, possederit, predictum censum ecclesie dominici sepulchri Hierusalem et canonicis ibidem deo servientibus subtraxerit, omnipotentis dei iram et meam maledictionem incurrat. Ut autem hec nostra concessio et donatio presentibus ac futuris temporibus sui vigoris obtineat firmitatem, presentem paginam sigilli nostri cerei munimine communimus. Hudo episcopus Nuenburgensis. Otto comes de Rinekka. 10 Conradus prepositus Nuenburgensis. Henricus de Brandenburch. Hugolt de Sochero. Rodeboto de Misena. Guarnerius de Brena. Theodericus abbas sancti Samuhelis. Hii omnes supra dicti huius donationis testes sunt.

182.

*Erzbischof Heinrich I. von Mainz verbessert mit einer Besizung, welche früher Erich zu Lehn ge- 15
habt, und fünf Mark der Einkünfte zu Apolde das Einkommen des Kantors Hertwin zu Mainz. —
Zeugen: Markgraf Otto, Sohn des Markgrafen Konrad, sowie Landgraf Ludwig und dessen
Bruder Heinrich. Erfurt, 1145 Aug. 15.*

Gedr.: Guden, Codex dipl. 1,170. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXVIII, 53.

— — Testes quoque, qui traditioni presentes fuerunt, nominatenus sub- 20
notari precepimus. Godeboldus Frideslariensis prepositus et camerarius curie. Bvrcardus
prepositus de Iecheburg. Adelhardus prepositus sancti Severi. Abbas Wernhervus de
Erpesfordia. Abbas Wezelinus de Northeim. Eremphridus prepositus de Winchela.
Sinzo prepositus de Erpsfordia in hospitali. Capellani. Giselbertus. Cunradus. Rudingus.
Luiningus. Liberi. Otto marchio filius marchionis Cunradi. Lodewicus comes patrie et 25
frater eius Henricus. Ernest comes. Wichervus. Bvrhardus de Dyzberc. Folmarus de
Gene. Lodewicus de Lingesvelt. Megenhardus de Muleburc. Boppo de Hanenstein.
Lvfridus de Caeinburg. Wernhervus de Witerde. Ministeriales. Wolvericus de Waldeche.
Wernhervus dapifer. Cunradus pincerna. Dragbodo et Cvnradus marscalci. Henricus vice-
dominus in Erpsfordia. Rvzelinus scultetus. Hawardus et frater eius Hermannus. Rvdol- 30
fus de Burc. Lvdeuicus de Etersburc. Thidericus de Apolde. Item Thidericus et frater
eius Gvnzelinus. Cvnradus de Tribura et frater eius Henricus. Cvnradus de Azeman-
stede. Wolfelinus de Elbreteshove et frater eius Sigefridus aliique quam plures. Acta
sunt hec anno dominice incarnationis MCXLV, indictione VII, sub Cvnrado rege huius
nominis III., XVIII. kal. septembris in Erpesfordia; feliciter amen. 35